

# DOMINICVS MAVROCAENVS<sup>75</sup>

D U X    XXXVII.

*Electus Anno 1148. obiit Anno 1156.*

## EPIGRAPHES PRISCA.

*Sub me admirandi operis Campanilis S. Marcii construitur: & universa  
Histriae tributa renovantur.*



**H**odem Sydere cadit Rogerius Siculus Venetorum Hostis, & Princeps surgit Dominicus Maurocænus. Arma iste tractavit in Syria, suoque confilio, & manu, Christo Redentori restitutus Thalamus, & Tumulus. Victoriam ut Deo assereret, & cum commilitonibus Angelis trophea misceret, Turrim tam altè erexit, ut Gigantum dicerem, ni ut eam prodigioso miraculo dirutam; hanc ex æquo tam supra, quam infra terram stare scirem. Alta superat cacumina Montium, & tanquam Sydus salutiferum longè lateque venientibus occurrit ab ortu, & occasu. Novus Nimrod fulmina